

A M I T I A

ARGUMENTUM.

Nihil perinde grandes Heroes præcipitat; quam immoderata dominandi libido. Argumento est miserabilis interitus Caii Iulii Cæsar. Is tantus Imperator cum esset; quantum commentarius de bello Gallico; quantum libri de bello civili ab ipsomet confecti describunt: nimia tamen regnandi cupiditate omnium prope ordinum sibi odia invidiamque conflavit. Sexaginta omuino erant ex ordine tum senatorio, tum equestri, qui in necem Idibus Martiis Cæsari inferendam conspirarent. Tractus est in societatem sceleris aduentibus potissimum Cassio, & Decimo Albino Bruto Marcus Brutus, Urbis tum prætor beneficio Cæsaris recens creatus, atque ab eo filii loco habitus. Tanto facinori nullus locus opportunior videbatur; quam ea porticus, in qua & Pompeji statua prostabat, & ipse Patres fatali die cogi pro Senatu jubebat; eo potissimum fine, ut & bellum adversus Parthos & Cæsari corona decerneretur, tum demum se beatum futurum arbitratus, si hos, qui uni nondum a Romanis devicti essent, ipse debellasset. Sed res fecus cecidit; pro eo enim, ut ascenderet gloriae thronum; repente invenit sepulcrum; viginti tribus vulneribus abiis, a quibus maxime coli debuerat, memorabili perfidia confossus. Videtur ipsum Numen hujus viri lugendum calum vindicasse; nemo enim ex tot parricidii sociis ultra triennium vixit; omnes violenter perierunt, pars naufragio; pars prælio; nonnulli eodem pugione (quod de Cassio scribit in Cæsare Plutarchus) quo Cæsarem violaverant, semetipsos interemerunt. *Plutarchus in Cæsare, & M. Bruto, Stadius in L. Iulii Flori Hist. l. 4. commentario.*

Scena figitur Romæ in Curia Pompejana.

S.N. 
MUSICÆ PARS I.

Affectatæ Divinitatis Studia.

1554.27